

524) *Stellera rosea*, NAKAI sp. nov.

*S. Chamaejasme*, (non LINNE) NAKAI Veg. mount Paik-tu-san p. 58 et 67 n. 203 (1918).

A *Stellera Chamaejasme* quæ affinis differt in sequenti modo.

*S. Chamaejasme*. Caulis circ. 7-8 cm. altus. Folia circ. 10 mm. 3-5 mm. lata. Calyx flavidus 8-11 mm. longus. Antheræ superiores semiexertæ.

*S. rosea*. Caulis 30-40 cm. altus. Folia circ. 15-27 mm. longa 4-9 mm. lata. Calyx roseus 12 mm. longus. Antheræ omnes insertæ.

Radix lignosa crassa simplex v. ramosa. Caudex ramosus plurus. Caulis annuus numerosissimus viridis fere teres: Folia petiolis 1 mm. longis glaberrima lanceolata v. lanceolato-oblonga basi obtusa apice acuta supra viridia subtus glaucina penninervia integerrima alterna crebra apice involucretim rosulata. Flores glomerati 15-22 sessiles v. pedunculo 1 mm. longo. Calyx roseus 12 mm. longus hypocrateriformis lobis 5 oblongis 2-3 mm. longis. Stamina 10, biserialia. Ovarium apice sub lente minute barbdatum. Styli breves. Stigma compressum papillosum. Fructus non vidi.

Nom. Jap. Benibana-imo-gampi.

Hab.

Corea:

Hoang-Hai: in rupibus inter Zuikō et Kōsen (CHUNG-TYAI-HYONG). Ham-gyoeng bor.: in arenosis pumiceis inter Mohō et Nōjidō (T. NAKAI).

*Crepidiastrum*, NAKAI gen. nov. (*Compositae*)\*

Genus *Ixeris* simulans sed caule suffruticoso v. fruticoso, ramis axillaribus cum inflorescentia terminantibus quæ sæpe cum foliis rosularibus obvallatis aut inflorescentia axillaris si caulis simplex est, seminibus erostris 10-striatis nec 10 alatis.

Radix perennis. Caulis simplex v. ramosus, primarius crassus brevis columnalis foliis rosulatis v. elongatus foliis sparsis. Rami axillares arcuato-ascendentes v. radicanes cum foliis alternis sparsim sed in apice confertim rosulatis. Folia petiolata v. integra v. dentata rarius pinnatim incisa. Inflorescentia foliosa cum foliis amplexicaulibus corymboso-ramosa. Capitula in apice rami dense corymbosa v. corymboso-decomposita. Involucri squamæ intimæ elongatæ 5-8 cum squamis minutis 3-5 suffultæ. Flores omnes ligulati flavi. Antheræ basi sagittatæ connectivo producto. Styli apice setulosi bifidi, ramis

intus stigmatis. Pappus albus setaceus setulosus. Semina teretia 10-striata.

Sect. 1. **Eucrepidiastrum**, NAKAI.

Suffrutex. Caulis ramosus. Continet species 4.

*C. Keiskeanum*. *C. koshunense*. *C. lanceolatum*. *C. Quercus*.

Sect. 2. **Monostemma**, NAKAI.

Caulis simplex. Inflorescentia axillaris et terminalis.

Continet species 4.

*C. ameristophyllum*. *C. grandicollum*. *C. linguæfolium*.

*C. taiwanianum*.

525) **Crepidiastrum ameristophyllum**, NAKAI comb. nov.

*Cacalia ameristophylla*, NAKAI in Tokyo Bot. Mag. XXIX. p. 13.

(1915).

*Crepis linguæfolia*, MAXIMOWICZ in litt. n. 53.

Caulis simplex nunquam ramosus usque 3 pedalis (fide SHIGEKI NISHIMURA) lignosus teres viridis glaber cum cicatrice foliorum angusta. Petioli elongati basi amplexicaules 4-5 cm. longi glabri. Lamina longissima angusta oblonga utrinque sensim angustata apice acutissima supra viridis infra pallida glaberrima usque 30 cm. longa 6 cm. lata. Inflorescentia axillaris corymbosa. Flores dense corymbosi, vivos non vidi sed albi fide S. NISHIMURA. Involucri squamæ intimæ 5 angustæ, in fructu infra medium spongiosæ crassæ patentés, exteriores minimæ. Semina erostrum 10-striatum glabrum. Pappi albi.

Nom. Jap. Yuzuriha-wadan.

Bonin.

Chichishima Ins.: in monte Chuōzan (T. NAKAI). sine loco speciali (TOMIJIRŌ UCHIYAMA).

Hajajima Ins.: in monte (SHIGEKI NISHIMURA n. 344).

When the author saw the first sample collected by late Mr. TOMIJIRŌ UCHIYAMA its inflorescence had been eaten nearly by insects. So he thought that the collector's explanations on the plant is surer than the examination on such worm-eaten flowers. What the collector told him was as follows.

"A tree becoming 15 feet high, branching. Flowers are just like *Cacalia crepidifolia* and white."

Believing him the author made his descriptions of the plant; thus the plant unfortunately was put under *Cacalia*. The Plant grows in the shady forest and is exceedingly rare. The author could find only five specimens in the forest of the m't Chuōzan or the central hill. Flowers are said to appear late in autumn.